dictum est. Quod ignis tribu-
lacionis justos purget, docet
Augustinus, ita dicens: Quod for-
nax auro, quod flagellum grano
et quod lima ferro, hoc facit tribu-
lacio justo. Sicut idem dicit: for-
nax tribulacionis ligna vicio-
rum incinerat et aurum virtu-
tum purgat. Quidquid in beata
Elyzabeth cremabile fuit, ignis
tribulacionis consumpsit, ut
aurum meritorum ejus atque
virtutum amplius nitesceret.
Quod tribulacio justum glorifi-
cet, habes in Psalmo, ubi domi-
nus de justo loquitur: Cum ipso
sum in tribulacione, eripiam
eum et glorificabo eum. Sicut
dicit apostolus, eternum pondus
glorie operatur in nobis. Quanta
in celestibus glorificata sit deo
dilecta Elyzabeth propter momen-
taneas tribulaciones, quas in
terris pertulit, gloria miracu-
lorum satis declarat, et hec
de hiis satis.

igno
h°
triblō
virtutū
ꝯsūpsit.
hijs

(Caput decimum quintum)

Vetula quedam infirma frequen-
ter a beata Elyzabeth elemosi-
nam accipiens, nec et species sue
egritudini convenientes, occurrit
eunti ad ecclesiam in stricto vi-
co, ubi lapides positi erant prop-
ter transitum luti profundi.
+Vetula vero venienti cedere
nolens, trusit eam in idem lutum.

+ vetula vero nolente cede-
re misit in lutum bea-
tam Elyzabeth.
Menčik II. 2020 A.